Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus theol. de actibus humanis - Cod. Ettenheim-Münster 302

[S.l.], 1697

Quaestio 10ma

urn:nbn:de:bsz:31-131009

Visual Library

bilis externus actus physice quidem spectatus est verus, alter in genere moris sit duo, quia scilicet imperatur ab affectu interno bono, morali est integre honestus, integre vero pravus, si scilicet imperatur ab interno affectu malo.

Conclusio 8va. Actus externus, qui connotat suum obiectum specificativum praeter affectus, sit vel aut semper sive idem vere bonus, aut moraliter malus. Ratio est, quia eiusmodi actus non est capax honestatis moralis, quare conclusio praecedens [illegible] de actu externo de se indifferente. Sequitur 10. utrum detur actus in specie, vel individuo indifferens.

Quaestio 10ma.

Utrum detur actus in specie, vel in individuo indifferens.

Supposito iam dictum est, dari actus quosdam, qui de sua specie neque boni neque mali sunt moraliter, sed indifferentes sunt: Quaeritur, an, et quomodo verum sit in praesenti quaestione distinguitur. Et posito, quod eiusmodi actus admittantur, restat examinare de eisdem actibus, si in specie quidem indifferentibus, attamen in individuo spectatis, utrum videlicet attentis suppositis obiectis, et ab omnibus circumstantiis de facto, aut de possibili detur aliquis actus aliquis moralis, liber, et humanus, sive internus sive externus in individuo, qui indifferens sit, hoc est: careat omni bonitate, et malitia morali; sive potentialiter sive actualiter. Procedit autem quaestio de actu humano formali et completo sumpto non de illis actibus, qui sine advertentia rationis eliciuntur, certum enim est eos esse indifferentes ad bonitatem, et malitiam formalem.

Conclusio prima. Dantur aliqui actus humani de sua specie, et ex obiecto indifferentes. S. Thomas hic a. 8. [illegible] Labat etc.

Ratio: illi sunt actus ex obiecto indifferentes, qui nec conformitatem nec
qui nec conformitatem, nec difformitatem ad normam rationalem ab obiecto desumunt;
atqui dantur eiusmodi actus, v.g. nigros pabulos ... ergo. Probatur: quia levare
festucam, ire ambulatum etc. ex obiecto nullam habent conformitatem, aut diffor-
mitatem ad rectam rationem; cum recta ratio huiusmodi actus nec praecipiat, nec
prohibeat, nisi solum ratione circumstantiarum. ergo. Sed tamen bene monet
Labat hanc non esse veram de actibus ordinis supernaturalis, neque de habitibus sive
acquisitis, sive infusis, quia isti ex obiecto nullam habent indifferentiam.

Dices: indifferentia actus non desumitur ex solo obiecto, ergo nullus erit
actus indifferens ex obiecto. Probatur antecedens. Alioquin isti quoque actus essent indifferentes
dare eleemosynam, occidere hostem: hi enim alterant solum obiectum, illud indiffe-
rens esse, ut attingatur a actu in individuo, cum aliqua bona aut mala
circumstantia: eleemosyna enim potest fieri ex vana gloria, homicidium
est contra ad iustam et veram defensionem, atque absurdum est dicere, quod dare
eleemosynam, aut hominem occidere sit actus ex obiecto indifferens, cum prius
sit simpliciter bonum, alterum vero simpliciter malum. ergo.

Respondeo negando antecedens: ad cuius probationem negatur, illa obiecta esse indifferentia;
dare enim eleemosynam est opus bonum per se, sicut occidere hominem est malum
per se: quamquam ex aliquo accidente ob circumstantiam externam, et
eleemosyna possit evadere mala, et homicidium bona: hoc per se loquendo, illa semper
habent aliquam honestatem, haec aliquam malitiam. — Non itaque actus indifferentia
desumenda est ex eo, quod possit in individuo et ratione circumstantiarum
quomodocumque bene vel male fieri, sed quia de se est tale obiectum, ut
neque sit per se bonum, neque malum, veluti levare festucam, ire in
agrum etc.

Conclusio 2da. Probabilius negatur, dari posse actum in indi-
viduo, qui nec bonus nec malus sit in individuo, sed ad utrumque indifferens.
S. Thom. hic contra Scotistas vulgo. Labat. Amicus. etc.

Probatur 1mo Authoritate S. Scripturae Ecclesiastis c. 12 ... adducet Deus in judicium pro omni errato, sive bonum sive malum sit. Unde cum judicium sit institutum ad discernenda bona et mala, oportet ea hominis opera dari in bona et mala; Et Matthaei 12 dicit Christus: qui non est mecum contra me est, et qui non colligit mecum dispergit.

Probatur 2do ratione. Quia homo differt ab brutis in operando, quod ratione sui finis habeat bonum honestum ratione rationali conveniens, bestiae autem pro suo fine habeant tantum bonum delectabile ratione sensitivae conveniens: ergo quoties cumque homo deflectit a suo fine honesto, toties exorbitat, et per consequens illius operatio erit mala.

Probatur 3tio: lumen naturae dictat, eo homo si deliberate agere debeat, operatur quia homo est, id est, debeat procedere ratione rationali, super te ratione intendente ad finem honestum in operando; ergo si non operatur hoc modo, male operatur, quia operatur aliter quam homo deceat.

Probatur 4to: actus ex obiecto indifferentes in individuo exerceantur ob aliquem honestum finem sunt mali; si vero dirigantur in finem honestum, boni sunt; ergo non dantur actus indifferentes, spectatos hic et nunc in individuo exercentes. De possibile actuum in individuo nullum est dubium, de malis probatur. Actus indifferentes ad bonum finem non ordinati sunt otiosi; ergo mali: Probatur antecedens: nam verbum otiosum ex doctrina S.S. Patrum dicitur quod sine honesta causa frustra dicitur, et de eo S. Matthaei 12 ... homines reddent rationem in die judicii: ergo multo magis operatio otiosa erit, quae honesto caret, et oportet mala.

Dices actiones illas indifferentes non esse otiosas, quia etsi non immediate spectant honestum aliquem, sunt tamen mediate saltem ad aliquem finem honestum referri, cum cedant in commodum et utilitatem naturae: alioquin nec ulla daretur actiones humanae indifferentes quoad obiectum, cum neque istae dicant immediate ordinem ad finem honestum, et tamen dicuntur indifferentes, eo quod ex natura sua sint ordinabiles et capaces illius directionis. ergo eodem mo

illa actio, quae non habet finem honestum, nec defectum, est indifferens, hinc ipso, quod possit tendere in finem honestum, saltem sine repugnantia.

R. nego assumptum; et nulla aliqua actio sine [illegible] obiecta repugnat [illegible]. Et solum est sibi aliquo modo ordinabilis in finem honestum sine repugnantiam intrinsecam, quia est ut de vocatis in illum ordinatis, alias ibi deletum [illegible] nullum foret verbum obiectum; Cum non proferatur semper, [illegible] ad aliquem finem v. g. recreationem ad naturalem commoditatem, ordinabilem ad honestum, et in [illegible] consistant, cum omnia ea verba obiecta, eo quod actu non dirigantur in finem honestum. Est autem aliqua alia ratio de actu indifferenti ex obiecto; nam ille est [illegible] dari [illegible] sine honesto privative, sicuti quod operatio individuo, et [illegible] praecisive; quia considerata [illegible] indifferenter, et non cum privatione ordinationis in debitum finem.

Quare talis [illegible] potest hoc vocari indifferentia, quia ordinabilia sunt [illegible] ad aliquem finem honestum; sed non indifferentia eo, quod praescindant a fine honesto, et inhonesto; [illegible] ex circumstantiis et in individuo, non habet tendere praecisive sed privative in ordine ad finem honestum; cum quae actu non ordinatur ad illum finem [illegible], non est indifferens.

Sequitur 3tio: dantur actus morales [illegible] indifferentes, quod est [illegible] individuum: quia nulla est [illegible] scientia, quae [illegible] habeat individuum aliquod, in quo omnis [illegible] conservetur.

R. hoc argumento [illegible] concludi, quod dentur actus [illegible] individui morales [illegible] specialem [illegible], quam ex obiecto desumunt indifferentes, quod non negamus: [illegible] dari morales actus individuos, qui [illegible] indifferentes [illegible] individuationem [illegible] entitatem individualem, adeoque [illegible] in individuo entitativa.

sicut nec hoc individuum nec albus nec niger nec alio modo coloratus est, praecisè ratione speciei suae, cum tamen nullus in individuo inveniatur, qui omni colore careat; sic etiam quamvis morales ratione objecti specificantis indifferentes sint quoad ad bonum & malum, attamen nullus reperitur in individuo, qui non sit bonus vel malus, eo ipso, quod cum debitis, aut sine debitis circumstantiis exerceatur &c.

Arguitur 2do. quadruplicis generis opera operentur hoc, quod in individuo [illegible] esse, et plerumque est in individuo indifferentia: nam primo versantur quidam circa bonum praecisè delectabile, ab omni tamen turpitudine remotum, ut est v.g. ire in campos, cantare, suscipere odores &c. 2do quaedam versantur circa bonum conveniens & commodum naturae praeter solam naturalem convenientiam neque ad altiorem finem aliquem dirigantur v.g. appetere vires, sanitatem, moderatas divitias, honores. 3tio Quaedam omnino versantur circa negationes aut omissiones v.g. nolo fieri Religiosus, nolo omittere hodie die profesto ~~omitt~~ sacrum, nolo jam dare Eleemosynam &c.

4to. Quaedam sunt quasi nullius momenti, ut levare festucam, fricare barbam &c. Haec sane opera, et ut in individuo exercentur, nec bona nec mala sunt moraliter: non bona quia non ordinantur ad finem honestum, neque fiunt ex praescripto prudentiae; non mala, quia aliàs essent materia sufficiens confessionis, cum tamen nemo sit, qui illa confiteatur.

Rx. Probabilius esse, omnes illos actus, si in meliorem finem non referantur, esse moraliter malos, saltem ob privationem & defectum melioris finis intenti. Et quidem de ultimo genere actuum in individuo dubitandum, quin sint mali, cum apertè sint otiosi, & careant ratione utilitatis, & justae necessitatis.

Diximus esse, si in meliorem finem non referantur: quia si ob honestum finem fiant, v.g. ideo frico manus frigidas, aut abigo muscas, me infestantes, quia frigus & muscae me impediunt à bono opere, v.g. orationis, studii &c. aut ideo nolo fieri

Religiosus, quia puto illum statum mihi fore periculosum, tunc isti actus sunt boni & honesti: secus si similia tantum pro libitu & beneplacito meo facio, deliberate sine ordinatione in ulteriorem aliquem finem.

Instabis: bonum delectabile aeque per se est appetibile, atque bonum honestum, ergo ut obiectum delectabile faciat actum moraliter bonum si alias turpitudine careat, necesse non est, ut ad alium finem nostrum referatur, ergo actiones ~~saltem~~ saltem suo genere erunt moraliter bonae, sive indifferentes. Et idem potiori jure dicas de actionibus [illegible] generis.

R. Triplicem rationem boni juxta praesens institutum per se appetibile reperiri, videl. delectabilis, convenientis naturae & honesti: et hoc solum id, quod formaliter honestum est sub ratione honestatis volitum, reddit rationem bonam, seu honestam: nam bonum delectabile, tametsi moveat voluntatem, tamen actum voluntatis non facit honestum, quia non est per se appetibile honesti. Quare cum dicitur, bonum delectabile esse aeque per se appetibile, sensus est, quod delectabile bonum etiam habeat per se rationem finis, atque ac bonum honestum, & consequenter voluntatem absolute & per se terminare, non autem, quod sit finis, per se dans rectam rationem appetibilis. Deinde bonum naturae reali conveniens, quamvis per se tale est, ideo non [illegible] per se reddere actum voluntatis honestum, quia bonum illud [illegible] indifferens est ad honestatem & turpitudinem; qui non appetit sanitatem v.g. ideo, quod sit naturae suae conveniens, ille ex vi hujus voluntatis [illegible] rectam rationem transgredi & ideo necesse est, ut ad ulteriorem aliquem finem honestum referatur;

atque ita ratio boni honesti efficit actum moraliter bonum; et ideo si ponatur opera indifferentia ex toto non relata in finem honestum per se esse materiam sufficientem absolutionis sacramentalis, non secus ac alia peccata venialia: quia tamen non potest semper discerni, utrum eius modi opera à pœnitente, saltem virtualiter, fuerint relata in finem honestum, nec ne, ideo confitendus in tali casu non erunt materia sufficiens.

Arguitur 2do. Sententia S. Thomæ est dura et scrupulosa, quia difficile est homines adstringere, ut in omni actu per se indifferente, aut intendant finem honestum, aut, eo omisso, statim peccasse censeantur; nam experientia constat, homines etiam devotos plerumque oblivisci huiusmodi intentionis, aut relationis in finem, præsertim cum exercent opera quarti generis, ex quo fieret, ut continue propè peccarent venialiter.

Respondeo 1mo, eam sententiam scrupulosam ac duram non esse, quia homines ab otiositate coërcet, qui contra ad vesanias sub prætextu scrupulositatis adducunt, et otiose agentes conscientiam laxant.

Respondeo 2do. Quæro: sin eiusmodi operibus levibus hominem, aut indeliberatè aut deliberatè agere? si deliberatè, et sciens, tunc ei non debet grave videri, ut obligetur ad proponendum sibi finem bonum; si indeliberatè, quod frequenter accidit, tunc excusabitur à peccato, etiamsi non intendat aliud finem.

Arguitur 4to opinio haec affirmans possibile dari in individuo indifferentem actum, cum videatur sapientum DD. authoritate, quo ipse sigs eidem conformaret efficeret moralem actum in individuo indifferentem.

R. Ipsi sententiae illi possibili se conformaret in agendo et efficeret ipsum actum individuum indifferentem, sed hoc tamen fieri per accidens nos aut asserimus, quod ex natura rei per se ipso sed culpae errore speculi operantis contingat, ex quo errore tamen fit actus tam in se ipso non sicut individuam indifferens, quem vel D magis eminenter operantis excusat a malitia, quod tamen ipsum in praxi vix contingere.

Arguitur 5to. quemadmodum creatura rationalis eo quod sit elevata ad finem supernaturalem, videtur obligata ut semper operetur ex motivo supernaturali, modo nihil contra illud faciat, tamen recta aut rationis operet: ita, et in proposito homo, quia est creatura rationalis, videatur esse obligatus, ut quoties operatur, operetur honeste, nihil videatur obstare, quo minus aliquando ex alio motivo, videlicet indifferenti, operari possit, modo nihil agat contra finem honestum.

R. Nego paritatem; quia sicut ille status supernaturalis homini ab intra, et contingenter convenit, ita eidem cum hac permissione convenit, ut ex motivo inferioris status, hoc est: naturalis rationalis, operari liceat, partim quod hoc operandi modo nihil, natura rationali indignum, committatur: partim quod ab omni illo statu super naturali absolvi possit, si Deus velit.

Septimum q̄d ē evidens, statum suū naālem n̄ iā ꝑ se exigere hūāe vitæ, ꝗ̃ tm̄ contingenter, ac proinde mirum n̄ ē, si auctor creaturæ ráalis eum statim cum dicta ꝑmissione concesserit hōi, q̃muis hunc ipsum obligare potuisset, si voluisset, ad operandum semꝑ ꝓter finem suū naālem: ē contra naā ráalis, sicut ē de essā hōis, ita neq̃ vivere illi licitum ē, nisi ꝗ̃ naām ráalem, contra quā si vivat, spectando, v. g. l commoditatem aliquā naā, l delectaōnem sensibilem, inordinatè agit: hoc n. ē subjicere aām ráalem aæ sensitivæ, aut vegetativæ, quarum tamen utraq̃ ex naā sua, & essā ꝑti sensivas in hōe subordinatæ ráali, ita ut nihil possit debito mō in bonum aæ sensitivæ, aut vegetativæ appeti, nisi illud simul referatur in bonum animæ rationalis